

**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

188. Olim per literas à quodam Sacerdote interrogatus fui de opinionibus  
Doctorum circa præsentes casus. Primò, &c. Secundò, si quis coniugatus  
immitteret membrum virile in os fœminæ, an peccaret ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](#)

chez in nouissima editione sententia contraria non  
nuenitur impressa.

## RESOL. CLXXXVIII.

Olim per litteras à quodam Sacerdote interrogatus fuit  
de opinionibus Doctorum circa praesentes casus.

Primus, &c.

Secundus, si quis coningatus immitteret membrum vi-  
rile in os femininæ, an peccaret mortaliter?

Tertius, si absente coniuge liceret seipsum tangere libi-  
dinis, vel voluntatis causa, absque pollutionis per-  
iculo?

Et an peccat mortaliter coniux, qui intra vas naturale  
feminae digitos quasi membrum virile immittit, si cu-  
tis est peccatum mortale inchoatio copula sodomitica  
cum uxore, etiam non animo consummandi nisi in-  
tra vas legitimum?

Et aduerte, quod primus casus non pertinet ad istum  
tractatum. Ex p. 2, tr. 17, & Misc. 3, Ref. 37.

*Sup. respon-  
sione coni-  
ta in fin. 1. &  
media fecū-  
dæ huius  
Ref. supra in  
penult. & in  
alii eius  
not.*

§. 1. **A**d secundum respondet etiam Sanchez,  
*vbi suprā diff. 17. num. 5.* negatur, sicut  
etiam ego opinor non peccare mortaliter, si coniux  
intra vas naturale feminae digitos quasi membrum  
virile immittat. Ratio est quia talis tactus non est  
medium improportionatum, nec alterius ordinis lux-  
uria, sicut est inchoatio copula sodomitica, etiam  
non animo consummandi nisi intra vas legitimum,  
licet Nauart, lib. de pæn. & remiss. conf. 7. Angelus ver.  
debitum, num. 25. & nouissimè Zerola in præz. pænit.  
cap. 12. q. 25. cum Iacobo de Graffis tom. 1. lib. 5. de  
adult. conf. 3. n. 11. Gambacurta de cas. refer. cas. 2. de  
sodomia, n. 4. Zanardus in d. r. c. or. confess. par. 1. tract.  
de marr. cap. 41. §. 10. hoc ultimum etiam coningatis  
concedant. Sed ne posse dictos actum sodomiticum  
incipere, contra prefatos DD. docet Bonacina de  
marr. quæst. 4. pñl. 11. n. 12. Sanchez lib. 9. diff. 17.  
n. 4. & nouissimè Rodriguez in summ. 20. 3. c. 88. n. 2.  
& Basilios Pontius de marr. lib. 10. cap. 11. num. 5.

*Sup. hoc in  
duabus Ref.  
seqq. & infra.  
in Ref. 196.  
§. sed maior.  
& supra in  
Ref. 37. §.  
Nota tamē  
& in tom. 8.  
tr. 6. Ref. 20.  
§. Quæritur  
textu. prope  
finem.*

2. Ad tertium Salas *vbi supr. n. 129.* sentit culpam  
esse lethalem, si coniux libidinis causa seipsum tan-  
git; nam vt ait ipse, tactus qui nec sunt cum coniuge,  
nec ad finem coniugij referuntur, reuera non  
sunt coniugales: nam sunt à coniugio, ac si coniugatus non esset, sed solitus: ergo sunt mortales,  
non minus ac si essent in solitus, & sic etiam tenet  
Vasquez in p. 2, tom. 2, diff. 113. n. 4.

3. Attamen supradictus Sanchez l. cit. diff. 44.  
num. 16. docet, seculo periculo pollutionis, non esse  
mortale, sed tantum veniale hoc facere; cum hac tam-  
en limitatione, nisi tactus ex natura sua accommo-  
datus sit, vt homo in seipso quantum possit effingat  
coitum. Ratio est, quia cum tactus ille suapte natura  
indifferens sit ad copulam coniugalem, & ad illi-  
citam, possitque ad vnam, & alteram referri, nec  
ex intentione tangentis se, à sua natura, & ab hoc  
ordine distrahatur, vt ad copulam illicitam ordine-  
tur, non est cur de culpa mortali damndandus sit. Et  
sic hanc sententiam sequuntur etiam multi alij  
Theologi Societatis Iesu, vt ipse Salas loc. cit. n. 128.  
notauit.

4. Ad argumentum in contrarium, responde-  
tur non posse dici cum tactum non esse actum coniuge,  
quia non habetur cum coniuge; quoniam vt  
actus coniugis sit, non opus est cum coniuge fieri,  
sed satis est, vt ad actum matrimoniale præsentis  
coniugij suapte natura ordinari possit, nec ab hoc  
scopo ex intentione operantis aberret. Verùm his  
non obstantibus, opinionem Vasquez, & Salas, af-  
ferentium tali casu adesse culpam lethalem, puto  
esse amplectendam: & ideo, vt suprā apud San-

## RESOL. CLXXXIX.

An coningatus, si seipsum tangat propter voluptatem  
captandam ab igne pollutionis pericolo, peccat mor-  
taliter? Ex p. 3, tr. 4, Ref. 214, alias 215.

§. 1. **A**ffirmatiuè respondet Montefusius p. 2, 5.  
D. Th. tom. 2, q. 74. art. 8. q. 5. in fin. loan. 20.  
de la Crux in direct. p. 1. præc. 6. art. 9. dub. 1. Salas in  
p. 2, tom. 2, tract. 3, diff. 6. sect. 14. n. 129. Vasquez in  
p. 2, tom. 1. q. 78. art. 8. diff. 123. n. 4. & Sanchez in fe-  
lectis diff. 21. n. 26. Et ratio est, quia coniux non ha-  
bet dominium proprij corporis in ordinem ad vnam  
venierit secum explendum, sed tantum, habet domi-  
nium corporis consorts sui: quapropter viens pro-  
prio corpore in ordinem ad venerem secum venerit, ergo  
&c. Et ita peccare mortaliter coniuges in tali ca-  
su dicti Doctores citari.

2. Sed Thomas Sanchez de marr. sum. lib.  
diff. 44. num. 16. contrarium tenet, & potest tandem  
peccare venialiter, quia cum tactus ille suapte natu-  
ra indifferens sit ad copulam coniugalem, vel illi-  
citam, possitque ad vnam, & alteram referri, nec ex  
intentione tangentis se à sua natura, & ab hoc ordi-  
ne distrahatur, vt ad copulam illicitam ordinetur,  
non est cur de culpa lethali damndandus sit. Nec di-  
ci potest, cum tactus non esse actum coniugis, nam  
non desideratur, eum cum coniuge fieri, sed satis  
est, vt ad coniugem præsentem shape natura ordinari  
possit, nec ab hac natura ex intentione illius venie-  
t deulet. Ita Sanchez aduersus quem inforgi Sanchez  
*vbi suprā.* Nam licet actus illi indifferens dicatur  
in eo sensu, quod ordinabilis est ad formacionem,  
vel copulam coniugalem, tamen intrinsecus  
malus est, quatenus per illum vitio coniux proprio  
corpore, in ordinem ad venerem secum explendum,  
quod illi prohibitum est, & non in ordinem ex-  
plendum cum coniuge, quia absens repetit. Ergo  
&c. Et idem tu tene primam sententiam.

## RESOL. CXC.

An coniux in absentia alterius, si tangat libidinosè su-  
membra pudenda, peccat mortaliter? Ex p. 4, n. 4.  
& Misc. Ref. 137.

§. 1. **O**bligata sunt haec, fateor, sed omnia mun-  
da mundis, & Confessari in omni mate-  
ria debent discerner inter lepram, & lepro-  
scire quodnam sit peccatum mortale, quod venia-  
le. Hanc questionem, quia practicabilis est, ego tra-  
cto in 3. part. tract. 4. ref. 215. & pro negatione sen-  
tentia adduxi Tho. Sanchez, cui nunc addo Galparem senten-  
tia Hurtado tractatu de matri, diff. 10. diff. 10. n. 47, vbi  
excusat à mortali tactum, quo coniux etiam in ab-  
sentiæ alterius tangit libidinosè sua membra pudenda,  
quamvis commouenda, & alteranda, quando non  
est periculum effusionis feminis future extra vas,  
quia etiam illi tactus, sua natura ordinantur ad  
actus coniugalem, quamvis actu non referantur  
ad illud, & ita hanc sententiam docet etiam Pe-  
trus Ochagavia de Sacram. tract. de marr.,  
quæst. 12. num. 9. in fine, vbi sic ait: Puto etiam  
vnum coniugatum absentem ab alio sua membra  
tangenter, & commouenter propter solam volun-  
tatem captandam tactus, ab igne periculo pollu-